



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Jesu Sac. Theol. Professoris.  
Theologia Universa**

**Archdekin, Richard**

**Dilingae, 1687**

Cap. III. De Conscientia Erronea, Dubia, Practicè Certa, Probabili, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38477**

In datur actus in individuo indifferentes, pro qua ordine sic procedo.

Constat dari actus in *individuo indifferentem* ad meritum & demeritum, quales sunt actus moraliter boni meritis naturales, praesertim infidelium, quod satis constat: non tamen ita dari indifferentes ad solam bonitatem aut malitiam *moralis*: Quia vel referuntur ad finem honestum, & boni sunt, vel non, & sic sunt otiosi, & con querenter mali, siquidem oriosum est, quod caret honestate restitutdinis, vel justae utilitatis.

*Sententia* tamen, cum Scoto, Vasquez, alisque, etiam Paribus, admittens actus indifferentes in individuo, etiam quoad bonitatem & malitiam moralis, est omnino probabilis, & ad vitandum scrupulos & multiplicationem venialium, magis videtur in praxi exponenda, ex hac consideratione: Quia constat dari factum per accidens actus indifferentes in individuo, in se, qui *Sententiae* hoc affirmanti se conformant: eum rationes in oppositum non evincant tantam obligationem sub precepto toti naturae impositam esse pro singulis actionibus etiam levissimis, ut movere delibera te manum, pedem, vel digitum, sustendo in moderata communitate naturae sensitiva, in qua non facile offenditur inordinatio ad peccatum sufficiens.

## CAPUT III.

*De Conscientia Erronea, Dubia, Practicè certa, Probabilitate &c.*

*D*E his singulis, & de controversiis modernis que circa ea agitantur, tractatur in hoc Opere infra Tomo 2. Tractatu 1. & aliis late sequentibus. Hic tantum penca, & ferè speculatoria adiutoria possunt.

Relè definitur *Conscientia* dictamen rationis sive actus intellectus quo judicatur aliquid hic & nunc a gendum, vel omittendum esse, vel tuisse tamquam bonum, vel malum. Differit *Conscientia* ab actu qui dicuntur, *Synthesis*, sive moralis sapientia, quod hic versatur circa principia honestatis & inhonestatis in genere; *Conscientia* vero specialiter dicitur hoc vel illud, hic & nunc licere, aut non licere dictamine particulari.

*Conscientia dividitur* in veram, erroneam, laxam, pharisaicam, certam, tutam, dubiam, probabilem, & scrupulosam. *Conscientia vera* dicitur licere quod verè licet: *erronea* non licere quod licet, vel licere quod non licet. Operans contra *Conscientiam erroneam* peccat: 1. Quia, quod non est ex fide (sive persuasione quod licet) peccatum est, ad Romanos 14. 2. Quia, faciens bonum putans esse malum interpretative vult malitiam.

Nunquam licitum est, etiam per *divinam dispensationem*, agere contra conscientiam, quamvis errantem: Quia est intrinsecè malum facere id, quod judicatur malum: sic agere pertinet ad speciem & gravitatem peccari, quod erroneè apprehenditur subesse.

Potest aliquando fundari *Conscientia tua* in opinione *probabilis etiam aliena*, proprie contraria. Quia prudenter agit, qui suum iudicium, forte falsum, submittit aliorum peritorum iudicio forte veriori, in eo que fundat dictamen prudens conscientia practica, ita Sanchez, Layman, Oviedus & plures alii. Unde sic operari contra opinionem propriam, non est operari contra suam conscientiam seu dictamen, quod

hic & nunc non licet ita operari, sed potius est dictamen illud suum per aliud prudenter & praticè depone.

*Confessarius* debet absolvere pénitentem de cetero bene dispositum; qui tenet sententiam, verè probabilem, v.g. de restitutione, sua sententiae contraria. Quia in eo casu pénitentis de cetero rite dispositus ius habet ut juxta sententiam verè probabilem absolvatur, quæ prævalet sententiae unius particularis confessarii.

*Consultus* potest dare consilium juxta sententiam vere probabilem suæ contrariam, & tenetur, dum agitur de obligatione restituendi illam indicare consulenti, quem potest remittere ad alios viros doctos & probos, quamvis lexiiores, in re tamen verè probabili. Quia simul verè potest existimare, forte alios de illa re melius iudicare, quod facile potest à parte rei subesse.

*Scrupulus* est actualis aut habitualis apprehenso anima peccati ex lexis fundamentis, ubi revera non subest. Consistit primariò in intellectu, secundariò, scil. quo ad anxietatem, in voluntate.

Qui ex proprio, aut confessarii iudicio, sufficienter sciit esse scrupulosum, prudenter agit contra scrupulum. Quia scrupulus non est *Conscientia*, sed ejus umbra ex fallo, vel imprudenti persuasione mentis nimis timida, nimis simplicis, aut nimis perturbata, quæ etiam in doctos & pios cadere possunt.

Scrupuli *remedium precipuum* & efficacissimum est humiliare obedire Confessario, cui se ex sincero Deum non offendendi desiderio submittens, non potest errare, nec peccare.

*De Conscientia scrupulosa plura deducuntur infra Tomo 2. Tract. 1. Princ. 2.*

*Timoratus*, qui in mortalia externa nulla labitur, & interim angitur de internis cogitationibus, moribus, &c. securè potest, & ex prudentis Confessarii consilio, debet judicare, se iis non consenserit. Quia non est morale, ut qui ex amore Dei numquam labitur in externa ipsi libera, qualia sunt aspectus, tactus, aliquæ actus impudici circa proprium, vel alienum corpus, quos sine ulla infamia in promptu habet, consentiat ille cogitationibus, aut moribus internis quæ multo minus afficiunt, & allicitur.

## CAPUT IV.

*DE PECCATIS, Actuali, Omissionis, Commissionis, eorumque Malitia, Delectatione morosa, & Ignorantia Legis Naturæ.*

*D*E his agitur in hujus Operis infra Tom. 2. Tract. 5. de Peccatis & Preceptis. Hic pauca principia ferè speculatoria restant addenda.

*Peccatum* est exercitium libertatis positivum aut negativum contra legem Dei.

Aliud est *commissionis*, aliud *omissionis*; hoc Physice potest esse sine omni actu, qui sit ejus causa vel occasio: Cum ad id sufficiat voluntatem non velle, quod potest & tenetur velle.

*Talis omissione* est voluntaria interpretativa, per eam quidem voluntas suspendit exercitium libertatis positivum, quod est proprietas actus humani, non tamen negativum & interpretativum, proprium puræ omissioni, quæ potest esse demeritoria, non meritoria. Quia meritorum debet procedere ex motivo super-

Isde  
kin

Theo-  
logia

Pr. 2. 8